



☞ Harvard Medical Library
in the Francis A. Countway
Library of Medicine ~ *Boston*

VERITATEM PER MEDICINAM QUÆRAMUS



Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
Open Knowledge Commons and Harvard Medical School



Alb. Lang

MARTINI LANGE

MEDICINAE DOCTORIS CORONA
TRANSYLVANIA

RVDIMENTA

DOCTRINAE

D E

P E S T E.



VIENNAE
APVD RVDOLPHVM GRAEFFER.

1 7 8 4.

HARVARD UNIVERSITY
SCHOOL OF MEDICINE AND PUBLIC HEALTH
LIBRARY

EXCELLENTISSIMO

A C

ILLUSTRISSIMO DOMINO

SAMUELI LIBERO BARONI

DE

BRVCKENTHAL,

SAC. CAES. REG. ET APOST. MAI.

ACT VALI INTIMO STATUS

C O N S I L I A R I O,

INSIG. ORD. S. STEPH. REG. APOST.

COMENDATORI,

PER MAGNUM PRINCIPATUM TRAN-

SYLVANIAE PARTESQUE EIDEM

REAPLICAT.

GVBERNATORI REGIO,

ET

EXCELSI REGII GVBERNII

PRAESIDI &c. &c.

OB
TOT ET TANTA
IN
CAESAREM PATRIAM
ET
ARTEM SALVTIFERAM
MERITA
HVNCCE LIBELLVM
SEQVE SIMVL TOTVM
IN
TESSERAM PIETATIS , ET VENERATIONIS

D. D. D.

humillimus
Author,

PRAEFATIO.

En, lector benevole! rudimenta doctrinae de peste methodo systematica adornata, manca quidem adhuc, omnia tamen primis lineis continentia, quae de pestilentia, omissis multis fabulosis praeteritis temporibus laudata, jure notari merentur, & ad nostra usque tempora ab optimis in arte medica viris annotata sunt. Occasionem earum lucubrandarum mihi dedit Patria, situsque Patriae cum affinibus terris turcicis vicinus, in quibus endemiam esse pestem constat, adeoque inde per commercia facile in nostras terras transportari potest. dira haec lues: quamvis aula nostra benignissima per adornatas continuas excubias secundum lineas. & quarantenam eam a finibus nostris

3 aver-

avertendæ studeat. Etenim hoc solo sæculo quoties in Transylvania dira hæc lues, maxima certo vitæ humanæ inimica, grassata est! annotata legitur anno 1708, 1718, 1738, 1756, 1770, quæ vero ultima in primis incunabulis ob optimas separationes locorum pestilentia-
 lium sat cito extincta est. Prima hujus sæculi pestis anni nempe 1708 occasionem dedit medico Transylvano Koleseri libellum conscribere sub titulo: *Pestis dacicæ scrutinium 1709. Historiam pestis 1718, in qua 18088 homines Coronæ mortui sunt, quondam apud nos Cel. physicus academiæque naturæ curiosor socius Albrich conscripsit, & in manuscripto reliquit, ex quo quædam notatu digna dianogsin. morbi spectantia excerpfi, & sparsim in hoc meo libello produxi. Epidemiam anni 1756 descripsit Cel. noster Chenot elegantissimus de peste scriptor.*

Cum

Cum mihi itaque ex academiis reduci vivendum esset in loco, ubi continuus pestis metus est, necessarium esse duxi, veram mihi de peste cognitionem, saltem theoreticam acquirere. Pervolvi igitur horis a praxi vacuis optimos de peste scriptores, quæque mihi notatu digniora videbantur his pagellis ordine accuratim collegi, pestem in veras suas distinctas species divisi, quæque vera de remediis adversus pestem dici possunt, conscripsi.

Huncce in proprium usum primo conscriptum libellum tibi nunc sisto lector benevole! sperans etiam aliis quidquam emolumenti ad acquicendam de peste accuratorem cognitionem præstiturum fore, uti & ad ulterius enucleandam pestis doctrinam, præsertim naturæ miasmatis pestilentialis, specificique contra eam remedii, respondentis notioni ejusdem

dem naturæ veræ; quæ, ut aperte fatear, hucusque ignota medicis mansit, causamque constituit, quare a peste correptorum tam pauci evadant.

Gratulabor mihi multum, si hocce libello quidquam ad salutem proximi contulerò, lectorumque desiderio aliquatenus satisfecero.

*Dabam Coronæ in Transylvania
1783 die 22 Octobris,*



§. I.

Notio Pestis.

Pestis est summus gradus februm omnium malignarum contagiosarum & epidemiarum cum bubonibus & Carbunculis.

§. II.

Enucleatio characterum, Pestis notionem ingredientium.

I. Omnem prorsus Pestem cum febre occurrere contendo, Symptomata ejus essen-

A

tialia

tialia ex capite de Diagnosi abunde id evincunt. Naturæ Conamen esse dicitur omnis febris, quo impura a puris separet & per consueta colatoria morbosum ex corpore humano educat, id quod in peste contingit vel expulsionem per sudores, vel depositionem per Bubones & Carbunculos, ut plurimum utrisque, a) nihilominus sæpe fere omnes peste correpti extinguuntur: superat enim ferocia mali tam naturæ, quam Medicamentorum vires, & mortem ita popularem inducit.

Diversa, major, minor est febris pro diversa miasmatis pestilentialis volatilitate, tenacitate, copia, benignitate, & malignitate, dispositione ac statu corporis, aere, epidemiis, nec non complicatione cum aliis morbis. Multifaria hinc etiam febris est. Si enim miasma pestilentiale migret in Corpus forte plethoricum, febris pestis erit inflammatoria,

a) Ideo pestis inter exanthematicas febres classificatur.

ria; si in corpus cum sanguine dissoluto rit putrida; si in debile, aquosum, irritabile, pallidum, molle, erit nervosa; si in corpus bile turgens, biliosa. Complicata erit febris, si harum febrium species aliquæ conjungantur. Complicatis frequentissima ex iis est pestis putrida nervosa, rarius inflammatoria vel biliosa. Hyeme sæpius est pestis inflammatoria, æstate putrida; & autumno biliosa. Hyeme enim miasma pestilentielle mitius, sanguis densior, fibræ corporis strictiores; æstate vero volatilius, acrius malignius & Humores a Calore in putredinem plus vergentes.

Duplex vero in peste occurrit febris, prior ortum ducit a stimulo & fermento miasmatis pestilentialis, & finitur sudore, vel eruptione bubonum ac Carbunculorum: altera febris est effectus prioris febris, inflammationis & suppurationis bubonum ac Carbunculorum, nec non residuæ quantitatis virus pestilentialis, quæ vel solummodo in sanguine hæret, vel simul etiam inflammatio-

nes topicas | ut ; capitis , pulmonum ,
ventriculi &c. causat. Succedit nonnun-
quam etiam pesti tertia febris , vera fe-
bris lenta.

Cæterum quoad typum febris pesti-
lentialis : plerumque est continua quoti-
diana , vel tertiana , rarissime typum in-
termittentis servat. a) dolendum tamen,
quod in morbo tam præcipiti, tantisque
symptomatibus mali, stipato semper fe-
bris ordo vix penitus observari possit.

2. *Pestem esse summum gradum febrium
omnium malignarum* determinant duratio
minor morbi, ut in aliis febribus mali-
gnis, vehementia major, lethalitas ma-
xima

a) Chenot tractatus de peste p. 53. Mertens
observ. Med. de febribus putridis, peste
nonnullisque aliis morbis p. 102. Macken-
zic in Philosoph. transact. 47. p. 384. ubi
contendit sub initio morbi symptomata si-
milia iis esse, quæ paroxysmum febris ter-
tiana commitari solent & T. 54. p. 74.
in progressu morbi vero semper versus ves-
peram exacerbari.

xima & contagium subtilissimum, quæ mala symptomata in nulla alia febre citius, frequentius, ac violentius, ut in peste occurrunt. Tanta sæpius mali ferocia existit, ut intra tres, quatuor dies plurimos enecet; imo in peste, quæ 1718 in Transylvania urbem Coronensem cum suo districtu castigavit intra viginti quatuor horas enecatos fuisse ægros refert Cl. *Albrich*, & in peste Moscovitica 1771 Cel. *Mertens*, altera die Cel. *Chenot* in epidemia Coronensi anni 1756. a) Citius sæpe moriuntur Homines, quam Medicamenta vim aliquam exercere possunt. Vix unum in furore pestis Moscoviticæ ex viginti quinque peste correptis sanatum esse annotavit Cel. *Mertens* & suo tempore *Sydenhamus*. b)


2. Præprimis materia severæ indagationis digna est existentia *Contagii*, &

A 3

ejus

a) *Albrich* in manuscript: *Mertens*. L. C. p. 101. *Chenot*. L. C.

b) *Sydenh.* opera omnia I. C. de peste. *Mertens* L. C. p. 109.




ejus modi, a cujus cognitione vera salus vel interitus totarum regionum pendet. Id circo a longo jam tempore in utramque partem a doctis viris disputatum est, ita, ut aliqui omne contagium negarent, a) alii contra firmiter idem defenderent, diversos tamen modos contagii proponerent. Post multa circa hanc rem arduam instituta observata evidenter nunc patet existere in peste verum contagium in alios transferendum per hominem morbosum, vel sanum miasma pestiferum exhalantem, vel fomitem, cui sub tenuissimi halitus specie adhæret. In partiali tantum atmosphæra horum corporum continetur contagium, & inde sub tenuissimi halitus specie per vasa cutis resorbentia, nares, salivam, cibos, inspirationem corpora humana intrat, & in dispositis pestem producit. Per liberam minime propagatus, nam si in atmosphæra universali hæreret morbi causa, omnes ejusdem regionis, saltem loci incolæ

a) Contagium pestis negant Chicoinau, Soulier, VERNY, & PYE.

læ cujuscunque conditionis indiscriminatum peste affici deberent, quod in pluribus morbis epidemicis accidere notum est; sed hoc non contingit, imo omnes, in eadem regione vel urbe viventes, si a communicatione qualicunque cum pestiferis personis vel rebus abstinent, a peste immunes remanent, quod remedium prophylacticum præter bonum vivendi genus, & fugam in pagos, nostris adhuc diebus peregrinis christianis in urbibus Turcicis habitantibus peste furente unicum esse solet.

Quæsitum porro est, quis ille fomes aptus sit pro recipiendo & propagando miasmate pestilentiali? non me errare credo, si contendam adesse tantum res porosas, & molles; ut vestes, lanam, telas lineas, præsertim saponem expertas, gossypium, cannabim, chartam, animalium plumas, pilos & pelles; quæ res rursus pro sua qualitate externa plus vel minus evadunt contagiosa. Ita gossypium, pelles, sericum, lana, panni intimius recipiunt, ac arctius fovent miasma,




quam cannabis, linum, tela lineæ, coria, papyrus. Eorum vis contagiosa acuitur, si calefiant; calore enim miasma pestilentielle volatilius fit. Ideo res nominatæ facilius inficiunt hominem corpore sudante vel febricitante, quam humoribus temperatis existentem; ideo hyeme difficilius inficiunt, quam æstate; ideo homo peste laborans sudans alium citius inficit, quam si non sudaret; contagium pariter metuendum tantum a rebus, quæ magis in quotidiano usu fuere, non vero a talibus, quæ solummodo in domicilio ægri asservabantur. De multis aliis inanis spargitur contagii metus, quamvis non solum nonnullis antiquis, verum etiam recentioribus autoribus verosimile visum sit corpora etiam dura, ut corallia, metalla, nummos, ova, panem, gummata, coffeam, triticum, poma, ligna, ceram, saccharum, mel, pisces salitos, nec non olea, fluidaque omnia pestis contagium recipere, & eo alios inficere valere. Sic inter alia nuperrima legitur in Collect. Berol. Tom. VI. Observatio pestis communicatæ per corallia

&

& nummos aureos. At sedula observatorum attentio hanc contagii nimis magnam extensionem facile dilucidabit. Adhærere quidem posse miasma pestilentielle levi superficiei corporum durorum concedo, nihilominus tamen iis pestis propagari non potest, quia ab aere, & solis calore facile diffatur, ideoque hæc corpora purificantur. Et pone data occasione contagium ex certo loco infecto cum coralliis, nummis, & ejusmodi corporibus duris in alium adductum fuisse; ergo ibi non sola exstiteret corallia, adfuerunt etiam res molles, vel homines ipsi, qui contagium transportarunt, sicuti in epidemia transylvanica anni 1770 falso fama spargebatur pestem per sola corallia a Militibus in finibus Transylvaniæ ex domo infecta auferri in aliquot pagos Siculicos esse translata, ubi tamen etiam alias res molles abstulerant, coralliaque ipsa filo, & cingulo linteo annexa fuerant.

Existit vero quartus adhuc contagii modus, nempe per aerem, seu vehiculum



effluviis contagiosis refertum. Contingit hoc, si atmosphaera ægri alium alluat, vel si in Domicilio aer inclusus & multis exhalationibus pestiferorum inquinatus fuerit; imo contendunt *Sydenhamus*, *Swietenius*, *Mertens* aliique fide digni autores a) a pestiferis multis insepultis aerem liberum pestiferum, eumque in viciniis locorum, ubi plura cadavera hominum peste mortuorum insepulta putrescunt absque fomite, vel personali consortio contagiosum fieri posse: sed aer contagium non procul defert, & quamprimum eidem libera Communicatio cum atmosphaera conceditur, hæc effluvia dispersa & divisa virus suum perdunt. b)

4.

a) *Sydenham t. Imo.*

Swietenius commentarii in Herman.

Boerhaave Tom. V.

Mertens pag. 114.


b) Ideo in urbe peste multata secure in viis & plateis ambulare posse compertum est, & mihi narratum a fide dignis viris in aleis &

an-

4. *Epidemica* dicitur pestis, quia multos in eadem urbe vel regione quodam tempore invadit; nonnunquam in quibusdam locis adeo se extendit pestis, ita, ut paucae familiae ab ea liberæ manent.

5. *Bubones* sunt tumores inflammatorii & suppuratorii locorum glanduliformum. Hinc oriuntur in inguine, sub axillis, pone aures, & sub maxillis, quorum frequentissimi inguinales, dein axillares, rarissimique pone aures. Prodeunt sæpe sine ulla ægritudine ante ingress-

anterioribus ædium partibus, ipsis in domiciliis interioribus pestiferos contentium bene perfatis, nullum adesse contagii metum imo experientia multiplici edocti observatores contendunt absque noxa domos, ubi ægri jacebant ad distans intrare potuisse, dummodo novo aere domicilium renovatum fuerit, & ægros vel res infectas non tetigissent ipsi: ægrorum enim & rerum infectarum contactus, nec non exhalationes concentratæ tantum inficiunt.



gressum morbi, interdum cum aliis symptomatibus, nonnunquam paulo post, & constituunt veram pestis crisin. In peste Coronensi anni 1718 erupere in nonnullis prima vel secunda die cum sudore tanta cum euphoria, ut quarto vel septimo die ægri surrexerint e lecto. Quam plurimum tamen secundo, vel tertio die prodeunt, raro quarto. Nonnulli, quod frequentissimum est in nominata epidemia unicum tantum habuere bubonem in inguine, vel sub axillis, alii in utraque parte inguinum vel axillarum, alii porro in uno eodemque inguine duos, alii denique in toto corpore modo tres, modo quatuor, & rursus aliqui vel solos bubones vel anthracibus conjunctos, sæpius quoque apparent bubones sub axillis & inguine ejusdem lateris, rarius in utroque inguine, & rarissime in utraque axilla. Annotante Cel. Mertens (L. C. p. 104) proditurum fore bubonem indicant glandulæ cujusdam dolor & tumor, qui tandem vario modo crescit a magnitudine pisi, usque ad pugni volumen.


Bubo

Bubo pestilentialis exortus jam vel abit in gangrænam, vel transit in supurationem, qui frequentissimus morbi exitus salutaris, raro septimo nonoque die plerumque ad 14 — 20 diem contingit, vel quod rarius, mutatur in Scyrrum, quem in se ipso expertus est *Chenot*. a) vel Discutitur subsequente ac concomitante largissimo sudore, b) aut alvo vel urina purulenta absque noxa, cum ægri levamine. Nonnunquam cum damno regurgitat ad alias diversas partes bubo discussus: in talibus plerumque succedere ophtalmiæ, tumores colli, peripneumoniæ, phreneses, Carus, convulsiones, prout nempe retrogressa materies hanc illamve partem occupaverit, petechiæ & mors. c) Interdum bubo ex uno.

a) *Chenot* L. C. pag. 16. *Mertens* Loco cit. pag. 139.

b) *Daver* in relatione de peste Aleppensi, quæ excussa in *philos. transact.* vol. 53. p. 39. *Albrich* L. C. Sudorem illam frequentius in statu ac decremento apud ægros *Cel. Daver* vidit.

c) *Albrich* L. C. *chenot.* p. 78.



uno loco in alium migravit in Epidemia Coronensi anni 1718, ut ex inguine in axillas sæpe tertio — septimo, imo decimo quarto die: quod vero malum erat.

6. Carbunculi sunt furunculi maligni celerrime in gangrænam abeuntes. a)

Prægressa febre nunc majore, nunc minore plerumque die secundo, tertio, vel quarto conspiciuntur in omnibus partibus musculosis. Ut plurimum tamen truncum & artus infestant, rarissime extremum pedem vel manum. Visi sunt in Epidemia Coronensi anni 1718 in vertice capitis, super muscolum temporalem, in facie, cervice, collo, thorace, super scrobiculum cordis, sub umbilico, in infimo ventre, super scapulas, in lumbis, clunibus, labiis vulvæ, extremitatibus ac digitis extremis, ut & interne in collo vesicæ urinariæ, imo in bubonibus ipsis, quod annotavit etiam cel. *chenot* &

Mer-


c) Richters Anfangsgründe der Wundarzne-
kunst. T. I. p. 137.

Mertens. Præter loca memorata in mamma & lingua; prope tendinem Achillis, sub poplitibus & capillata capitis parte eosdem observavit cel. chenot (L. C. p. 83.) Sunt vero carbunculi vel foli vel cum bubonibus vel petechiis juncti. Nunquam tamen citius bubonibus, sed semper serius prodeunt, nonnunquam etiam absque bubonibus. *a)* Ut plurimum tempestate fervida Junio, Julio, & Augusto animadvertuntur, rariores sunt autumno vergente, Hyeme, & initio veris, sparsim tamen hic illic videntur. *b)*

Ratione numeri carbunculi in eodem subiecto sunt modo unus, modo plures, in Epidemia Coronensi anni 1718. in sudore apparebant septem, in vetula quindecim, in infante viginti quatuor. *Chenot* numeravit in ægro duodecim. Nimia tamen bubonum & carbunculorum copia suspecta semper est, constat enim ob inflammationem, dolorem & ardorem
in-

a) Mertens Loc. C. 106.

b) Chenot. L. C. p. 83.



intolerabilem aliquos ex febre symptomatica adhuc interiisse.

An pariter Carbunculi vere critici, uti bubones dici possint, res altioris quæstionis est. Negant id *Sydenhamus-Schreiber & Mertens.* a) Contendendo carbunculos & petechias mere symptomatica esse denotantia solutionem Humorum putridissimam, maximamque acrimoniam, hinc quo frequentius bubones, & rarius carbunculi accedunt, eo mitios pestis est, & periculosior, quo plures vel majores adsunt carbunculi.

Celerrime transeunt in gangrænam, tuncque pars mortua separatur, ut plurimum nono vel decimo quarto die a carne sana. Manet dein ulcus pro diversa ratione corporis diversum in hoc facilius in illo difficilius sanandum. Notus mihi casus est in cuprario ex Epidemia

a) *Sydenham L. C. Schreiber observata & cogitata de peste p. 41. Mertens L. C. p. 110.*

mia coronensi anni 1756, in quo remansit fistula æterna.


§- 3.

Verum enimvero non omnimodo constantes in omni peste sunt recensiti hi notionis characteres, neque ex ipsis formari definitio logica potest: contraria enim interdum quædam de hoc vel illo pestis characterè in hoc vel altero subiecto proferri possunt, quæ inconstantia occasionem sæpius medicis dedit ad summas dimmicationes & discrepantias, an præfens morbus vera pestis sit vel tantum febris maligna? enarrabo itaque ea sincere, quæ experientia de ea docuit.

I. Non defuere autores magni certe nominis, qui *absque omni febre* pestes statuerunt. Sufficit ex iis proferre *Rivinum*, *Diemberbroeckium*, & *chicoinau.* a)

Horum

a) *Rivinus* de peste Lipsiensi 1680. *Diombroek* de peste Neomagensi 1637. *Cnicoinau*



Horum virorum de peste optime meritum assertum quod naturalem inter-
 tum invenerint pulsus in dubium plane
 non vocabo: sed ex pulsu tardiori quo-
 modo concludi potest nullam adesse fe-
 brem? cum sæpe in febribus putridis
 malignis etiam pulsus naturalis, imo
 naturali tardior adsit; an quis hoc præ-
 sente pulsu in febribus putridis nomen
 febris ipso jure eis quoque denegabit?
 adde propositiones, an recensiti autores
 omni ab initio morbi die aliquoties pul-
 sum maxime variantem recte explora-
 verint, & annon ex unica exploratione
 ad totum morbi decursuum extensionem
 fecerint, dum pulsus e contrario in initio
 celer erat, dein vero debilis factus fuerit?
 tertio ipse *Sydenhamus* a) qui pestes abs-
 que febre etiam statuit; suscipit in tali-
 bus ægris rigorem ac horrorem leviuf-
 culum præcedisse, quomodo ergo vir ex-
 pertissimus sibi contradicere, & pestes abs-
 que


nau relation de la peste de Marseille-
 1720.

a) *Sydenham* opera omnia R. I. pag. 65-

que febre contendere potest, cum rigor febris sit initium? denique considerari debet, cum omnis bubo sit morbi crisis, an crisis absque minima saltem perturbatione pulsus, adeoque febre in benigna etiam peste contingere possit? manet igitur sententia illæsa, in omni peste adesse febrem, in hac magnam, in illa minorem, inque alia levissimam ab ægro fere non perceptibilem.

2. Non semper adeo *lethalem* esse pestem, uti præcedenti paragrapho annotavi experientia multiplici compertum est; nonnunquam enim, præsertim declinante morbo, nec non tempestate Hyemali frigida pauci afficiuntur, & pauci moriuntur, vel pauciores feriusque, ut in nonnullis malignis putridis interdum accidisse notum est.

3. Cel. *Mackenzie* sæpius eo tempore, ex quo ipse in Oriente commoratus est, nempe per viginti quatuor annos, tam *sporadice* quam *epidemice* grassatam esse pestem Constantinopoli, Smyrnæ & cæt.



typis evulgavit. Ideo contendit etiam pestem in Europa vehementius grassari, quam in Turcia. o)

4 Absque *contagio* seu ex causa interna sensim evoluta pestem quoque oriri præsertim in Dominio Turcico, res est, quæ nulla demonstratione eget.

5. Moriuntur sæpe ægri absque *bubonibus* & *carbunculis*, solummodo cum vel absque etiam *petechiis*, id quod in maximo gradu pestis contingit, ubi nempe vires naturæ a virulentia pestilentiali plane oppressæ reagere nil possunt, adeoque miasma nulla ratione expellere, & ita succumbere debent. b) Sciendum tamen etiam est, dari bubones extra pestem in aliis febribus malignis, Lue vene-

a) *Mackenzie* in *Philos. transact.* T. 47. p. 384.

b) *Ruffel* de peste Aleppensi, *Chenot.* L. C. *Rosenstein* tal om peston p. 6. *Mertens* L. C. pag. 109. & 132.

nera, Scorbuto. a) Non minus carbunculi occurrunt in putridis. b) Hinc bubo & carbunculus cum febre sola non constituunt pestem. Sic etiam parolides in morbillis & scarlatina sæpe ipse vidi presente febre nunc majore nunc minore.

§. 4.


Cum itaque constantes in omni peste characteres enumerati non sint, & singuli etiam in aliis morbis inveniantur, ergo officium prudentis Medici erit data

B 3

oc-

a) *Chenot* L. C. pag. *Puppelbaum* dissert: de febre maligna Götting. 1743. *Zimmermann* Von der Erfahrung. T. 2. Grant. Beobachtungen über die ansteckende faulichte Fieber. p. 13.

b) *Sauvages* Nosologia. T. 1. p. 417, uti & Grant Beobachtungen über die Fieber. p. 528. memorabilem casum narrat febris malignæ cum carbunculis.



occasione ex symptomatibus collective sumptis pestis definitionem componere. Præ aliis vero optimum indicium ejus exhibent bubones & carbunculi cum summo infectionis gradu eorum cum quibus commercium est.

§. 5.

De causa pestis proxima seu miasmate pestilentiali.


Proximum est, ut inquiram, quidquid sit, quod pestem producat, ubi hoc contingat, & quomodo? producit pestem miasma pestilentiale, miasma specificum uti variolosum, subtilissimum & deterrimum omnium miasmatum in rerum natura existentium, natales suos ubique locorum habens; modo in aliqua urbe magna populosa concurrant causæ ejus communes. Falsa igitur sententia quam plurimorum autorum est, qua ejus patriam solummodo in Ægypto vel Æthiopia, vel alibi quærere & inde semper solo contagio mediante fomite in nostras

regiones perducere voluere. Confirmant idem pestes in Europa absque contagio enatæ, quæ potissimum fuscitantur, si copiosæ urbes diu maxima annonæ penuria, longisque obsidionibus gravibus premantur, præsertim si accedat aër humidus calidus. Quoniam vero tantæ calamitates in Europa rarissime contingunt, ut plurimum in Europa pestes oriuntur ex fomite infecto ad nos translato ex regionibus Domini Turcici, in quo quotannis omnes causæ pestis concurrunt. Nec in Dominio Turcico unica sola urbs dici patria pestis potest. In omni copiosa eiusdem urbe ut Constantinopoli, Smyrnæ, Adrianopoli, Alexandriæ &c. semper adest abundans causa, & pabulum mali, & ibi ex proprio seminio interno evolvi solet, pro diversitate locorum tantum hic vel illic sævior vel levior occurrens. a) Ita cæteris paribus sævius grassatur pestis in Alexandria in

B 4

Ægyp-

a) Ideo rarior & mitior est pestis in pagis Turciæ, præsertim in illis qui parum commercii cum aliis habent.




Ægypto, quia hæc urbs magna præter causas memorandas multis paludibus circumcincta simul est, adeoque pestis virulentis exhalationibus eorum putridis multum ibi exaltatur; quamobrem nonnulli Alexandriam pestis patriam apellaverunt. Endemia hinc in terris Turcicis esse solet pestis, præsertim ob triste fatum Mahomedanum.

His præmissis iure statui potest pestem duplici via oriri; nempe 1. ex causa interna sensim evoluta, uti vulgo in Turcia & nonnunquam apud nos in longis obsidionibus contingit, vel 2. contagio, ubi nempe hoc venenum varia supra indicata ratione ad alios translatum humoribus corporis humani communicatum fermentativo modo febrem incendit, & ita singula pestis symptomata producit.

Quid iam in Dominio Turcico ansam det generandi miasmatis pestilentialis, an ex inundationibus Nili in Ægypto producat, & solum inde in alias regiones Turcicas contagio propagetur, vel aliunde? a longo tempore ab

au-

autoribus quæsitum est. Multas sufficientes ego habeo rationes, ut ponam ejus causam in humorum corruptela exorta ex miserrimo vitæ genere inter plebejos, penuria multa, fame, cibis cacochymicis, & immunditie, accedente climate calido regionum orientalium. Consentiant mecum observatores, qui in Turcia ad eruendas eius ortus rationes omnem navarunt operam. Inter alias memorabiles observationes de pestis ortu mihi quoque communicavit optimus meus amicus Boruffus natu Cel. *Renzing* quondam Archiater Principis Tartariæ, qui per multos annos in terris Turcicis Constantinopoli, Ægypto, Alexandria, Smyrnæ & cæt. medicinam exercuit. Observavit ipse plebejos in toto terrarum orbe ob esculentorum caritatem, ingentem eorum paupertatem, & egenorum a die in diem misere victum quærentium copiam nullibi tam misere vivere quam in Turcia, & inter alia Constantinopoli. Solent, ait ipse porro, multi pauperrimorum in societate in conclavibus angustis profundis cellisque humidis ha-



bitare, adeoque exhalationes proprias putridas imbibere rursus, stramine putrescente cubere, & olivis sæpe femi-putridis, cepa, ovis piscium rancidis (Caviar ibi dictis) piscis salitis, oleo copioso & pane aquoso acido non satis cocto nutriri. a) Domicilia interna Turciæ incolarum a nimis frequenti usu balnearum sunt semper humida; ignem solis carbonibus absque fornacibus parant, neque frigeant, solent multi nocte vasa carbonibus accensis repleta supponere stragulis, eorumque fumum calidum inhalare, accedit, quod Constantinopoli ædes sint altæ, & plateæ augustæ; stagnare ergo aër exhalationibus variis repletus in domiciliis semper debet, quia vento non dispelli potest, accedunt in Ægypto exhalationes putridæ effusi Nili, in aliis vero provinciis maris, aërisque frequentes mutationes. Multum quoque damni parere debet Constantinopoli portus juxta urbem situs, in quem omnia ca-
da-

a) Græci et Armenæ potissimum amant ova piscium, Cepam, olea.

da vera sanguinem animalium maceratorum aliaque fætida iniiciunt urbis incolæ, quæ ibi putrefcunt & sæpe tempestate placida ventis carente magnam urbis partem vehementissimo fætore implent quia animis parvo rivulo in portum influente non satis renovatur portus: adeoque aqua hæterogeneis rebus gravida stagnat ibidem & putrida fit.

Accedit, quod aqua omnis potulenta valde vappida, & mala Constanti-nopoli fit. Hinc Constantinopolis aliæ-que urbes præsertim autumno, Hyeme & vere crassis nebulis mane & vespere obteguntur. Ex his enarratis natam humorum corruptionem eo magis promove-re debet omiffio usus vini, quod Turcæ ex lege, & Græci plurimi ex avaritia & inopia non bibunt, nec non ieiunia an-niversaria Turcarum ex lege per tem-pus lunare observanda, ubi ab oriente usque ad occasum solis plane nil ori ingerunt.

Materia itaque, ex qua in Turcia præparatur miasma pestilentielle potissimum humorum corruptionem involvere videtur, quia ex causis oritur, quæ humorum degenerationem efficiunt, quia miasma pestilentielle jam existens a causis putredinem producentibus exaltatur, & quia phænomena in peste occurrentia quam plurimum sanguinis dissolutionem indicant, inde plurimæ pestes sunt plus, minus putridæ indolis, ideo in Turcia etiam pestis potissimum inter plebejos grassatur, rarius divitem aggredditur. a)

His rite inter se perpensis miasma pestilentielle definiri potest, quod sit tenuissimum alcali sanguinis naturalem Crasin

a) Multum quoque favet huic theoriæ autor in libello, qui Yverduni 1779. prodiit sub titulo, della peste di Constantinopoli del 1778 osservazioni sulla medesima e riflessioni del' autore, et optimus meus amicus. Cel. Ferro. Von der Ansteckung der epidemischen Krankheit und besonders der Pest 1782. Leipzig.

fin dissolvens & destruens eumque ad phlogoses & gangrænas pessimas efficiendas disponens. Potissimum vero in sistema nervosum vim suam exercere videtur; a) demonstrant idem phænomena in peste occurrentia, qualia sunt: subita virium prostratio, pulsus sine insigni celeritate, imbecillitas, vertigo, temulentia, dolor, anxietates, vomitus materiæ æruginosæ, deliria, stupor, palpitationes cordis, animi deliquia tremor, urinæ pallor aliaque copiosa symptomata nervosa, quæ certe corruptioni humorum non contribues, potius labefactato influxui spirituum vitalium, in primo enim saltem impetu nulla humorum corruptio proditur, imo adest in nonnullis inflammatoria sanguinis viscositas.

Hoc miasma jam in corpus illatum in nonnullis prima adhuc die, in aliis serius pestem producit secundum diversam

sam

a) *Mead* de peste, *chicoinau* L. C. p. 75
Pringle. Von den Krankheiten einer Nemees
 p. 377. *Chenot*. L. C. p. 42.



sam suam volatilitatem, copiam & malignitatem & imprimis corporis dispositionem, non ultra septem vero dies delituisse in corpore humano experientia suffultus refert Cel. *Chenot* a) hinc tempus, per quod secludantur homines in finibus Dominio Turcici ad 15 - 20 dies restringi posse concludit Cel. *Rosenstein* Abbrevianda ergo nimis longa quarantæna, quæ nostris regionibus plus detrimenti hucusque commercio fracto attulit, quam ipsa pestis. b)


Virus pestilentielle, uti filum vario-
losum activum manet per longum tem-
pus.

a) *Chenot* L. C. p. 204. *Rosenstein* L. C. p. 16.

b) Quapropter non fatis laudibus efferre possum optimi nostri principis *Josephi Secundi* nova circa quarantænam in finibus nostris continuo adornatam anno 1782. publici juris facta Instituta; secundum quæ hominibus ex regionibus ipsis Turcicis ad

pus. Apud Cel. *Chenot*. Purificationis
Minister Cistam, quæ suppellestem ex
fa-

nos advenientibus per septem dies in finibus pro purificatione morandum fuit, ex Walachia & Moldavia vero peregrinantibus sine mora via libera in nostrum territorium patuit exceptis mercibus, quæ per consuetum tempus ibi asservabantur. Tota Transylvania hujus cæsarei mandati publicationis diem pro initio futuræ salutis & adipiscendarum divitiarum, commercio nunc libero factò, jubilans salutavit. Nec video ego cur ultra 7 ad 10 dies homines ex dominio Turcico advolantes in Quarantæna 40 dierum asservari debeant, quum constat 1^{mo}. Non semper pestem ex dominio Turcico ad nos venire, 2^{do} ipsam pestem in Valachia & Moldavia nobis vicina quoque ita raram esse uti in Transylvania; presentem vero ibi pestem semper ad nos pariter propagari, quamvis per 6 septimanas homines in finibus Transylvaniæ includantur: vidi enim ipse sæpe, vidit *Chenot*, viderunt & multi alii plerariam purificationem rerum infectarum
im-




familia peste extincta residuam aliquot
 menses recondiderat, horis antemeridianis
 ape-

impossibilem esse : ergo favente aere , aliisque
 que causis prædisponentibus per ipsam qua-
 rantænam pestis in nostras terras introduci
 potest. Adde quod paupertas de die in
 diem in Transylvania crescens nostras inco-
 las in regiones Turcicas commercii causa
 peregrinari cieat ; multi vero pauperrimo-
 rum quarantænam adeo longam servare non
 possunt , plus enim ibi consumerent quam
 itinere nacti sunt ; ideo per tramites oc-
 cultas cum mercibus in Transylvaniam in-
 trare coacti sunt , si vivere volunt. Qua-
 rantæna itaque longior pestem non plus a
 finibus nostris arcet breviori ; imo proba-
 tis præmissis contendere possum , quod tan-
 tum furente peste progressum ejus cele-
 rio em impediatur ; quia maxima hominum
 pars presertim opulentiorum quarantænam
 servat , & regiones nostras depauperat. Est
 enim Quarantæna continua optimum auxi-
 lium pro divitandis solis mercatoribus in
 societate mercantibus , quibus opifex pau-
 per impensa & tempus longæ quarantæne
 timens

aperiens in pestem incidit, Cl. *Stocker* apud Cel. *Chenot* Budæ integre post luem extinctam anno nempe 1714 eandem resuscitatam esse hac occasione refert: Mu-
ra-

timens merces pretio ipsis lubenti dare coactus est.

Ex omnibus his præmissis demonstrante id quotidiana experientia liquet res impestatas nunquam inficere, nisi causæ externæ, aeris nempe mala constitutio, fames, ac peculiaris corporum dispositio simul adsint. Alias enim Transylvania, alias Hungaria continuo a peste devoraretur plena nimirum semper rebus ex Turcia clam allatis, etiam ex urbibus peste infectis. Ad quid ergo longa quarantæna? si enim causæ externæ in Regione adsint vel minima fames mox pestem excitabit nulla mora servata, cujus introitum nec vigiliæ denegabunt quidem; si vero causæ externæ nullæ adsint qualiscumque innocens manebit, uti id quotidiana nos docet observatio: adde quod Turcæ omnes febres acutas pestis nomine appellant & vicinas regiones falso rumore terrefaciant,



rarius bubonem suppurantem gerens lin-
teum pure madidum in muro propriæ
domus recondiderat, adactoque ligneo
cuneo foramen obturaverat; post anni
spatium, dum suam domum dealbaret,
a vana simul & funesta motus curiosi-
tate cuneum extraxit, paulo post obiit
totamque ejus familiam pestis indubiis
signata indiciis successive absumpsit sine
ulteriori sequela. Nec non *Cel. Erndtel*
casum adducit: ubi uxor aurigæ culci-
tras abstulit, quibus ante annum peste
mortui incubuerant, & peste correpta est.
a) statuendum vero idem est tunc tan-
tum, quando miasma pestilentielle inclu-
sum, & ab omni aeris aditu orbatum
fuerit. Accedente vero aere libero pu-
rificantur hæ res, vimque inficiendi amit-
tunt. Hinc illæ tantum merces infectæ
ex

hinc nuncia de peste ex Valachia & Tur-
cia ut plurimum falsa sunt præsertim dum
ea semper a mercatoribus afferantur qui
nullam morbi notitiam habent, boni enim
hisce in locis medici vel nulli vel certo
rarissimi sunt.

a) *Erndtel* *Varavia physice illustrata* p. 171.

ex Turcia ad nos allatæ nobis erunt contagiosæ, quæ bene fuerunt obtectæ, clausæ, vel quæ infectis pro usu quotidiano inservierunt.

Peste in epidemia coronensi 1718 bis terve aliqui corripiebantur: Diemberbroeck & Russel a) variis observationibus cognoverunt eundem morbum aliquoties ægros invasisse; Mackenzie b) plures vidit, qui peste aliquoties tentati fuere & græcum quendam, qui nosocomii cujusdam curam habebat decima quarta vice peste laborare & tandem ea mori. Famulus Chenoti c) ter pestem expertus est. Eademque epidemia peste mortuus est vir 35 annorum intra triduum, qui 1738 feliciter pestem superaverat. Et


C 2

Cel.

a) *Diemberbroeck L. C. Russel the natural history of Aleppo p. 225.*

b) *Mackenzie philosoph rransact. P. L. IV. p. 69.*

c) *Chenot L. C. 49-50.*



Cel. *Mertens* narrat . quod in epidemia moscovitica anni 1771 medicus cum chirurgis peste aliquoties tentatus, sudoribus criticis cito ab ea sit liberatus *a*). Ex his recensitis satis superque patet scopo prophylactico inoculationem à cl. *Wespremi* nuper rursus propositam nil juvare , imo periculosam esse *b*).

Magnam intercedere cognationem inter pestem & variolas jam cognovit *Verny, Schreiber & Mertens c*). Utriusque enim morbi causa est miasma specificum contagio propagandum , uterque morbus orditur dolore capitis , Dorsi, abdominis, lumborum, vomitu ; singulis prodeunt proprii tumores, in peste bubones , in variolis pustulæ peculiaris & determinatæ

a) *Mertens* L. C. p. 94.

b) *Wespremi* tentamen de peste inoculanda. London. 1755.

c) *Verny* Dr. de la peste p. 286. *Schreiber* L. C. p. 45. *Mertens* L. C.

natæ formæ, quibus egressis remittunt
 priora symptomata, & si bona suppura-
 tio succedit ex utroque morbo ægri
 evadunt; dein solemnes utrique mor-
 bo sunt petechiæ, uno tempore minus,
 alio plus inficiunt, imo nonnullos plane
 non tangunt, eademque ratione curan-
 tur bini morbi. Junctis his affinitati-
 bus tamen differentia quædam interce-
 dit inter pestem & variolas. Variolis
 nempe homo plus semel non corripit-
 tur, peste sæpius, nec adeo periculo-
 sæ sunt, uti pestis, febrisquæ in va-
 riolis plerumque intensior est, quam
 in peste; præterea variolæ in Europa
 sunt Endemicæ, certis annis regnant,
 plus infantes inficiunt: pestis vero apud
 nos plerumque ex Turcia translatica,
 indeterminato tempore oritur & sine
 discrimine omnes aggreditur. Denique
 variolæ plurimæ sunt inflammatoriæ
 naturæ, pestes putridæ.

De causis pestis remotis, nempe contagio, dispositione corporis & aere.

Ut jam miasma pestilentielle corpus humanum inficere valeat peste, concurrere debet:

I. Contagium a) & præprimis:


2. *Prædisponens in corpore humano causa ad assumendum, & assimilandum miasma pestilentielle cum humoribus nostris & ad producendum morbum contagiosum, seu ut Sydenhamus a) loqui amat;*

a) Quia apud nos ut plurimum pestis contagio excitatur & propagatur, hinc in hocce libello semper de peste ita agam, quatenus ex contagio ortum habet, reliqua, quæ pestem ex sola causa interna natam concernunt, facile inde erui possunt.

b) Sydenh. L. C. p. 64. Swieten t. v. p. 152. in Comment.

amat: peste corripendus humores habere debet paratos ad afflatum excipiendum refertos. Ideo non omnis homo versans inter infectionis causas afficitur peste. Sunt annotante *Cel. Chenot L. C. p. 34.* aliisque autoribus, qui diu noctuque inter pestiferos versantur, & profecto miasmate inquinantur, ab hoc morbo interdum per hebdomadas & menses immunes. Videtur in talibus hominibus causa prædisponente carentibus hoc miasma in corpore humano sine ullo, aut saltem perceptibili sanitatis detrimento aliquamdiu delitescere posse, cum humoribus innocue circumduci & per transpirationem insensibilem educi sensim, alios enim dispositos hi inficere possunt peste.

Horum assertorum multa sparsim in observatoribus exempla legi possunt. Ita *Chicoinau (L. C.)* absque noxa pestifero sedet ad lectum; apud *Schreiber (L. C. p. 8.)* mulier marito lue pestis contaminato in eodem lecto per omnem morbi decursum impune adcubuit: imo



filia ejus cum carbone die morbi quinto obiens maniaca matrem momordit ad pectus, vulnus sanabatur, & mater mansit sana. *Cel. Mertens* (L. C. p. 121.) Adfert casum, ubi mulier cum octo liberis & duabus fæminis in unico domicilio habitavit, omnes, ea & puero sex mensium exceptis, moriebantur, & per 48 horas infepultæ in domo manebant, mansit mulier in ea domo, osculata est mortuos, & tamen peste infecta non est. Ab aliis hominibus patet, eos peste necatorum vestes absque noxa induisse; quales casus mihi noti sunt ex epidemia transylvanica anni 1770.

Cel. Daver a) historiam narrat, ubi nutrix infantis quinque mensium peste correpta usque ad mortem fere infanti proprio ubera præbuit, qui tamen ipse contagio affectus non est. Idem quid nos observavit

a) *Daver* philos. transact, vol. 53. p. 39.
Schreiber L. C. p. 10.

vavit Cl. *Albrich* in epidemia Coronensi anni 1718. Imo tunc vicissim infans surgens peste corripiebatur, & evasit, mater vero sana mansit. Varia etiam exempla Cl. *Daver* puerperarum innotuere, quæ fætus peste correptos in lucem ediderunt, licet matres ipsæ ab hoc morbo liberæ essent.


Diversa vero rursus hæc corporis dispositio pro singulari corporis constitutione manet: in uno subjecto major, in altero minor est. Ideo iste citius, tardius, levius, gravius alius inficitur & necatur. Hinc in disposito cito leve contagium magnum fermentum febrem & mortem promovebit; non dispositus a majori non afficietur, uti scintilla facillime magnum excitabit incendium, si corpori inflammabili applicata fuerit, e contra vel exinguitur, vel difficiliter tardiusque ignem excitabit, si minus, vel plane non phlogisticam rem tetigerit. Egregie pro demonstratione horum, quæ protuli inservire poterit memorabilis casus mihi

hi a Cl. *Renzing* communicatus: cum interpres quondam in aula Turcica Græcus nomine *Carafa*, qui jam bis peste laboraverat, data occasione Constanti-
 nopoli adiisset primum Cæsaris officia-
 lem & ex singulari indulgentia Turcæ
 ipsi ad latus sedisset, videns mærorem
 Turcæ interrogavit eum de causa, re-
 spondit Turca, quod ante brevissimum
 tempus filia dilectissima in gremio suo
 peste obiisset. Timidus græcus ad hoc
 responsum valde perterrefactus studuit
 brevi discedere, domum festinavit &
 domi reversus statim dejecit a suo cor-
 pore vestes externas, famuloque suo de-
 dit ad manus. Nihilominus sanus man-
 sit interpres græcus, hic servus vero
 brevi peste correptus periit. Apud *Che-
 not* (L. C. p. 40) quoque senex sep-
 tuagenarius e fenestra domus infectæ pa-
 nem accepit, & pestem: qua die ter-
 tio mortuus est.

Multum sane interest, accurate sci-
 re, in quo hæc corporis dispositio con-
 sistat?

sistat? Contendere auisim in corruptione humorum, plerumque ex alimentis pravis & aere calido solo, vel calido humido generatam, id quod supra de peste Turcica ostendi. Hoc saltem ab epidemiis in transylvania annotatis patet: in plurimis pestem non tantum anteiisse, verum etiam committasse magnam esculentorum caritatem, & annonæ penuriam potissimum inter plebejos cum sole multum fervente. Ideo explicare poteris, quare pauci divitum & plures pauperes peste corripiantur, & necentur.

Non parum quoque contribuet *aeris massæ occulta quædam crasis*, seu textura, ut corpus facilius contagium suscipiat diversis temporibus. Unde pestis quandoque lento passu procedit, alio tempore furore maximo regiones devastat, & sub aliis circumstantiis fileat, vel omnino evanescit. Occultum auctoribus est, in quo consistat hæc aeris crasis, quam plurimum enim tempestas tempore pestilentiali sanissima fuit absque mor-




morbis epidemicis aliis a). Plerumque tamen antecedit vel concurrit cum peste aer fervidus siccus vel calidus humidus.

Epidemica aeris constitutio pro diversa sua indole contagii vim & efficaciam multum intendere & infringere, imo plane penitus delere absque ulla hominum prudentia & industria potest; neque unquam hujus morbi daretur finis, si anni vicissitudines aeris mutationes in ejus virus nil imperii exercerent. Profecto nisi aer adeo potens esset in propoganda, minuenda, imo delenda peste ipsa omni fere anno vel saltem temporibus epidemicis in Turcia urgentioribus peste obrui deberent nostræ regiones Turcicis vicinæ, ob continuum
per

a) *Albrich L. C. Chenot L. C. Mertens L. C.* Apparuit etiam nonnullis observatoribus plures homines peste correptos esse tempore novilunii, aliis tempore plenilunii.

per tramites occultos cum Turcis commercium, quod tamen non semper, imo rarius succedit, uti ex præfatione patet. frigus enervat, calor, nec non aer putridus præsertim nebulosus calidus humidus auget miasma pestilentielle; hinc crescente anno pestis invalescit, ut circa autumnale æquinoctium acme attingat, dein collabescit, & brumali frigore evanescit a). Surgente inquam
 anno

a) *Sydenham L. C. p. 63. Hodges de peste londinenfi. Negare aufus est hoc Sydenhami commentum Cel. Mackenzie contendendo pestem in Turcia ad Junium usque increfcere, Julio & Augusto ex parte mitescere, mense Septembri & Octobri vix observari, adeoque quod temperies aeris calida progressum pestis infringat, licet enim in principio æstus accedentis increfcere videatur, post paucos tamen dies remittat. Supra laudatus Renzing propria experientia suffultus Mackenzie observata negat, laudat Sydenhamum & confirmat ejus observatio-
 nes*



anno seu inter ver & æstatem exoritur, rarior alia tempestate ingreditur, aut tamen non multum debacchatur.

§. 7.

Divisio pestis.

Dicitur pestis benigna & maligna, epidemica, sponadica, endemia, translatitia, solitaria & complicata. Solitaria plerumque est, raro complicatur cum aliis morbis epidemicis ut febribus
cahta-


nes propriis in Turcia factis. Contendit ipse quoque pestem multiplicari æstate progrediente, & minui frigore accedente. Quia æstate transpiratio major, adeoque resorptio miasmatis pestilentialis facilior, dein quia corpus æstu augente ad humorum dissolutionem pronius fit, pestis adeoque minora impedimenta majoremque dispositionem pro assimilatione & fermentatione sui miasmatis in corpore humano inveniat. Concedit tamen clarissi-

mus

catharralibus, malignis, lentis & Hecticis, pleuritidibus, peripneumoniis, purpura, variolis, morbillis, lue venerea, erysipelate, angina, cephalalgia, dysenteria, scorbuto, gonorrhœa, quartana & cæt. divitur etiam a nonnullis a symptomatibus concurrentibus nempe in pestem cum bubonibus & in illam cum carbunculis vel utrisque,

§. 8.

mus amicus pestem nonnunquam æstate calidissima mitiorem fuisse autumno, hyeme, vel vere, quia pestis ibi eundem typum servat, uti variolæ ac febres putridæ epidemicæ apud nos, quæ non semper (uti deberent ex principiis) æstate fervente sunt periculosissimæ, verum nonnunquam pro diversa aeris constitutione epidemica copiosiores & periculosiores Hyeme, autumno & vere. Si nempe tempestas typum suum naturalem non servat, sed æstatis formam induit idem patet ex decursu epidemicæ a *Cel. Schreiber* annotatæ *L. C.* pag. 75.



§. 8.

Decursus pestis in genere.

Pestis non solum in variis regionibus, sed & in una, eademque regione, diversis temporibus & pro diversa miasmatis pestilentialis, qualitate, ægrorum constitutione morborum complicatione & pro suo initio, progressu, ac fine diversa ostendit symptomata. Interdum eadem manet pestis species, quæ fuit in initio. Interdum nunc in aliam mutatur e. g. inflammatoria in putridam vel putridam nervosam. Quandoque sub larva aliorum morborum incipit, ut pleuritidis, catharri, anginæ. Hinc præmittam generalem pestis historiam speciali. Prodromi communiaque pestis symptomata sunt: insolita corporis inertia, gravitas, torpor, lassitudo, aspectus tristis, inedia, lumborum molestia, capitis gravedo, hebetudo, obtusus dolor, vagi cutis succussus, phlogoses, somnolentia, febris typum intermittentis vel continuæ servans. Postque aliquot horas

ras vel diem unum alterumve pruritus & dolores in locis, ubi bubones & carbunculi erupturi sunt. Nominatorum horum symptomatum plura vel pauciora, leviora vel graviora in hoc vel illo ægro observantur. Nonnulli enim tam leviter ægrotant, ut hunc morbum vix pro morbo habeant; adest levis & brevis horripilatio, calor fere naturalis succedens, pulsus robore & velocitate ad naturalem accedens, lassitudo exigua, capitis gravitas, ac dolor mitis, mentis non magna hebetudo, sitis vix ulla; quibus accedit secundo - tertio die bubo vel sudor, interdum totam materiam morbificam circa quartum diem dissipat, ut plurimum tamen circa septimum diem totus morbus cedit.

In graviore morbo sunt irregulares frigoris & caloris insultus, insignis præcordiorum anxietas tam ante, quam post eruptionem materiæ malignæ semper præsens, nausea, cardialgia, vomituritiones, imo materiæ biliosæ vomitus ipsi, dolores capitis, dorsi, lumborum, & artuum,

D

som-

somnus & appetitus deletus, fumus
 mæror pusillanimitas sine causa aperta,
 insensibilitas, stupiditas, subita virium
 prostratio, deliria, animi deliquia, car-
 bunculi & bubones copiosiores; ferox &
 turbidus vultus, oculi rubri, errantes,
 scintillantes; loquella præcep. Pulsus
 insigniter varians plerumque celer, debi-
 lis, interdum naturalis, lingua valde sic-
 ca, lutea & quasi pellicea, faucium dolor,
 cutis sicca.

Acutissima pestis est, ubi horror diu
 & valde perseverat, quem nullus mag-
 nus calor sequitur, pulsus inæqualis de-
 bilis celer fere vacuus, vertigo, temu-
 lentia, vomitus materiæ æruginosæ,
 tremor, balbuties sudores ut plurimum
 in capite & pectore prorumpentes extre-
 mitatibus eodem tempore frigentibus,
 respiratio laboriosa, dysenteria, motus
 convulsivi, petechiæ, hæmorrhagiæ,
 vibices, anima & sudor fætens, sitis
 vehemens & magnus calor internus æ-
 grum excrucians externis signis non pa-
 tens,

tens, qui multo major est, quam febris violantia, tandem plerumque mors.

Plurimum inter primum & quartum morbi diem moriuntur, alii 5-6 die, ad septimum vel undecimum diem productus morbus rarior est, nonnulli post vicesimum febre lenta pereunt a); tumque eorum cadavera celerrime putrescunt, intumescunt & fætent, imo jam in mortis articulo subviridi colore inficiuntur.

In nonnullis contingunt in peste metastases ad pubem oculos & ad summas manus ac Pedes, ita ut sphacelo hæ partes consumantur. Alii evadunt cum remanente oblivione omnium rerum.

§. 9.


Decursus pestis speciales.

Hæc de decursu pestis generali fue-
re. Secundum diversitatem corporum
singulorum, & constitutionem diversa rur-

D 2

fus

a) *Maekenzie L. C.*



sus in hoc vel illo ægro sunt symptomata; hinc dividi debet pestis.

1. In *inflammatoriam*: in hac specie calor magnus, æquabilis, sitis ingens, cutis sicca, urina ruffa, genæ rubentes, delirium ferox, pulsus fortis, sanguis inflammatorius, bubones inflammati, dolentes, rubri a). Judicatur hæc pestis per bubones in suppurationem abeuntes, & curatur antiphlogisticis nec non venæsectione b).

2. In *putridam*, quæ frequentissima est, in ea animadvertuntur præprimis subita

a) Sydenh. L. C. *Chico incau* L. C. I. p. 570.
Chenot L. C. p. 63. 124. Mertens p. 101.

b) An huic pestis speciei scilicet inflammatorię bubones solummodo proprii vel etiam anthraces? recte quærit. Cel. Selle in rudimentis pyretologię p. 148. Negat anthraces pesti melioris indolis adesse, cum ipsi plerumque putredinem bilis atquæ sanguinis sequantur.

subita virium prostratio, calor interdum mordax, pulsui non respondens, interdum paucus, tremor manuum, anxietates, pulsus debilis inæqualis, petechiæ, vibices, Hæmorrhagiæ, animi deliquia. bubones & carbunculi nigrescentes, facillimeque in gangrænam transeunt, anima sudorque fætens, fæces liquidæ foetidæ a).


Potissimum regnat ea, si miasma pestilentielle valde corrosivum, aer universalis putridus & corpus ad putredinem dispositum sit.

3. In *biliosam*: eam designant signa colluviei biliosæ, ut insignis oris amarus, nausea, vomitus bilis, lingua fordida, arida, hypochondriorum tensio, diarrhæa biliosa foetida.

D 3

Ori-


a) Mackenzie Philosoph. transact. P. L. IV. pag. 74. Chenot pag. 64.



Oritur plerumque autumno post fervidos æstates, unde bilis acrimoniam contraxit. Sæpe tunc materia pestis se ad intestina deponit & diarrhæas cum levamine excitat a).

4. In *nervosam*: in hac pestis specie maxima nervorum perturbatio invenitur. Calor valde mitis est fere ut in sanis, fitis nulla aut pauca, pulsus mollis, parvus, celer inæqualis, lingua in initio alba, dein rubra, ultimo nigra, & sicca. Ægri se leviter ægrotare putant, donec summa virium prostratio eos subito ruit, calor qui in morbo provectiori tactui plerumque naturalis apparet, interneurens est, urinæ crudæ aquosæ, anxietates, vomitus ærugionosi, atri, cruenti, vertigo, temulentia, balbuties, tremor, stupor, abjectio animi, deliria mitia, animi deliquia, convulsiones, & tandem mors, succedens sæpe post aliquot

a) *Foresti opera omnia libri VI. observat. 12. Chenot p. 63. 146.*



4. *Bilioſo - nervoſa*, cum colluvie bilioſa & ſymptomatibus nervoſis. Vid. *Chenot.* p. 61. 146. 166.

5. *Nervoſo - putrida*, quæ frequentiffima & periculoſiffima. In hac contagium ſimul tam humores quam nervos afficit. Pulsus eſt celer contractus inæqualis, preſſa arteria evaneſcens, ſitis, nauſea, vomitus æruſinoſi cruenti vel atri, æſtus interne urens, externe naturalem non ſuperans, ingens cephalalgia, oculi torvi, vagi, lingua initio alba, dein nigra, deliria, hæmorrhagiæ, petechiæ, vibices, bubonum & anthracum eruptio acrius dolentium, nigreſcentium. Facillimeque in gangrænam tranſeuntium. Vid. *Chicoinau* P. I. pag. 38. 250. 318. *Chenot.* pag. 64.

§. II.

Aphorismi illustrantes pestis historiam præcedentibus propositam.

1. Dum pestis novum subit locum in omni epidemia in ortu & decursu non eadem sinitur forma. Nonnunquam enim jam in ortu subitam & vehementem excitat stragem, remittit dein acutie pro aeris vicissitudine, vicissim rursus exacerbatur & tandem pedetentim evanescit, & cum attigerit summum gradum subito cessat.

2. Nonnunquam pestis sui juris paucos tantum ferit & sponte extinguitur; quando nimirum, ut supra ostendi, præsens aeris constitutio non favet ejus propagationi.

3. In pagis ex certa hominum quantitate pauciores, quam in urbibus percutiunt peste.

4. Ratio, cur hic facilius, difficilius, levius, gravius alius vel plane non afficiatur peste, non ita quæri debet in singulari differentia miasmatis pestilentialis corpori applicati, quam potius in circumstantiis conditionis corporis, in quo tunc temporis homo existit, & præcipue in diversa corporis dispositione seu receptivitate. Id quod in insitione variolarum dudum expertum est.


5. Peste semper plures, totidem vel saltem moriuntur, quot evadunt. Hoc ultimum contingit hyeme. Initio pestis pauci evadunt, circa finem plures sanantur, quam pereunt: forte ideo, quia pestis hyeme benignior est, pauciores æstate invadit & plerumque hyeme cessat.

6. Hyeme pestis se non tam cito extendit, nec adeo populariter regnat, ut æstate, habemus tamen etiam exempla pestium hybernalium copiosarum.

7. Ex determinato infectorum numero ut plurimum hyeme & prope hyemem plures sanantur, quam exeunte vere, tota æstate & ineunte autumno.

8. Maxima morientium pars septimum diem non attingit. Plurimi abeunt ad patres circa quartum, aliqui circa septimum. Reconvalescentes contra diutius septem diebus ut plurimum ægrotant.

9. Rarissime sponte cessat pestis æstate, frequentissime hyeme vel maxime initio veris. Omni quidem anni tempore suos fines protendere valet. Ita 1713 siluit Augusto & Septembri, in nonnullis locis agri vindobonensis, item 1736 in epidemia transylvanica in oppidulo Tertlau ineunte Octobri, qui sat calidus fuit, dum suburbium Coronense multa adhuc funera videbat, pestis extincta est. Observatio tamen in Europa docuit, quod si vere aut æstate inceserit ibidem sequente hyeme cessat, si vero eam autumnus invexerit, longius plerum-




plerumque protendatur, tandem in loco, quem nuper invaserat, intra fedecim menses extingui solet.

10. Rarissima acutissimaque pestis est illa, in qua nullum exanthema in corpore nec ante nec post mortem percipi potest. In iis, qui ante sextum vel sexto ipso die moriuntur ante & post mortem animadvertuntur nigræ lenticulares petechiæ solæ vel junctæ bubonibus eo minoribus, quo minus temporis duraverit morbus.

11. Dubium mihi videtur, an peste in aliquo loco furente semper absint alii vulgares morbi, quæ sententia axioma fuit hucusque pestis scriptoribus. Negat idem etiam Cel. *Mertens* (L. C. pag. 186.) contendendo cum peste Moscovitica anni 1771 non tantum morbos sporadicos, verum quoque epidemicos ut morbilos copiose occurrisse. Nec video cur alii epidemici fileant tempore pestis, cum in constitutione variolosa occurrant etiam alii vulgares morbi.

Paucio,



tis pestilentialis, loci, tempestatis, anni temporibus, complicationis, dispositionis corporis & ætatis. Cum itaque omnibus ægris pestiferis symptomata communia non sint, insignis difficultas manet in præfagienda vita & morte, præsertim in morbo tam præcipiti, fallaci ac insidioso, qualis pestis est. Interdum enim ab initio morbus ægro vix gravis videtur, brevi tamen infelix succedit mutatio, interdum ægro vix de anxietate præcordiorum conqueruntur vomituque agitantur, interdum tristia se offerunt symptomata, sed brevi post sanitati restituitur æger a).

In universum pestis junioribus magis, quam ætate provectioribus, fœminis magis quam viris b). Cholericis & sanguini-

a) *Ruffel* L. C. p. 229.

b) *Daver* L. C. juniores, fœminæ, sanguinei, cholericis, robusti, ideo ætate provectio-


fanguineis magis quam phlegmaticis a) tenuioris conditionis hominibus citius quam bene viventibus funesta esse solet. Ægrius etiam cæteris paribus podagri- ei & hydropici peste corripiuntur b).

Intelli-

vectoribus viris, phlegmaticis, melancholicis, veletudinariis potius peste afficiuntur, quia ipsi plus transpirant & sese magis contagio exponunt adeoque & id facilius suscipere possunt. Pauperes quoque magis ditioribus necantur, quia pauperes misere vivunt & contagio plus expositi sunt, quam divites, qui bene edunt, bibunt & ab aliis separati se domi includere possunt. Timidi etiam male se habent plerumque, quia transpiratio in eis minuitur, resorptum in corpore retinetur. Plus adhuc variare pestium epidemias diversas in qualitate subjectorum corripiendorum edocent historiæ a Cel. Ferro productæ. L. c. pag. 32.

a) *Chenot* L. C. pag. 43.

a) *Chenot* L. C. p. 47. *Mertens* L. C. phthy-
sin, scabiem, fontanellas, ulcera antiqua,
quarta.



Intelligenda vero priora sunt in ortu tantum morbi, furente enim peste sine discrimine ullo omnes aggreditur ea. Moriuntur in furore pestis fere omnes. Exspectari a viribus naturæ & medicamentorum aliquid potest in mitiori tantum malo.

Judicatur iisdem crisi- bus pestis, quæ solemnes sunt febribus acutis malignis in genere, potissimum vero sudore Critico & bubonibus, interdum vomitu, diarrhæis & narium vel hæmorrhoidum fluxu. An vero hæc crisis diebus vulgo criticis dictis & quibus contingat, aliis accuratius determinandum relinquo, hos enim autores aliquos nominasse, plurimos vero de iis tacuisse lego, in morte præsertim natura nul- lum

quartanam & gonorrhæam vero contra pestem non munire ostendunt *Schreiber* L. C. pag. 30. *Chenot* pag. 47 & *Mertens* in ægris cum iisdem morbis peste extinctis.


lum servat typum, moriuntur enim ægri primo-sexto-septimo ad undecimum diem, alii post vicesimum, plurimi tamen ante septimum. Vid. *Cel. Mackenzie. L. C. Chenot L. C. Mertens pag. 102.*

Bonum morbi exitum sibi polliceri æger potest, qui viribus præditus quartum morbi diem vivit: tutiorem, qui septimum, si simul in eo adsit levis & æqualis calor, pulsus constanter fortis, bubones & carbunculi cum levamine ægri, cessatione nausæ & anxietatis nec non cum sudore apparentes.

Veram & perfectam crisin a bubonibus expectare licet, si cito bubones cum aliis bonis signis, cum sufficientibus ægri viribus & sine febre magna prorumpunt, sensim mole augentur, dolent, rubent, ad suppurationem tendunt, aperiuntur, pus bonum fundunt, & reliqua symptomata morbi mitiora fiunt. Vulgare hoc post septimum diem; nunquam ante septimum diem rumpunt, rupti dein per 4-8 & plures dies pus

E

fun-



fundunt. Valde autem mature cum malis signis erumpentes vel cunctanter prodeuntes, non levantes aut cum virium decremento retrocedentes bubones sunt symptomatici & valde mali. Pessimi item cum febre non magna, mitique viribus prostratis. Celeriter incrementes, magni & flaccidi & molles, seu nec inflammati nec dolentes bubones spem fallacem edunt. Malum, si fusci cinerei, malum etiam si buboni carbunculus infideat a).

Bonum dein si bubones rupti pus album, crassum, leve, æquale habent; malum, si ichorosum. Sciendum etiam est, parotides non adeo completam crisin perficere ac bubones inguinales vel subaxillares.

Car-

a) Non semper vero lethale idem fuit in epidemia Coronensi anni 1718.

Carbunculi principio morbi vel paulo post in locis carnosis apparentes cum febre majore, viribus non valde prostratis, non sunt omnino pessimi: periculosi vero, qui ab initio vel paulo post cum miti febre malisque signis apparent. In manuum pedumque digitis, prope tendinem Achillis, sub poplitibus, in mammarum peripheria, inque spina dorsi exitum portendunt, vel si multi erumpant vel bubonum loco in locis glandulosis proveniant, aut bubonibus insideant. Tardius prodeuntes etiam mali. Depressi & late serpentes difficillimi. Calamitosi etiam, qui in principio, dum erumpunt subsident, recurrunt. Leviores sunt e contra, qui intra duos tresve dies rubra probeque inflammata basi circumdantur & elevantur.

Quo citius, quo plura, quo graviora conspiciuntur symptomata, qualia vulgarium morborum funestos exitus indicant, eo pejus res ægri peste in-

fecti agitur. Ideo pestis complicata lethalior solitaria.

Ægri, quibus usque ad quartum diem bubones vel carbunculi non erumpunt nec sudore levantur, simulque magno calore & dolore capitis vexantur, moriuntur cum vel sine petechiis die tertio - quinto. Abeunt etiam ad patres, quibus quidem provenire bubones & carbunculi, somnolentia vero, anxietates aliaque symptomata mala præcedentia manent vel adhuc augentur iis egressis.

Vomitus & alvi fluxus sine virium decremento, & petechiæ miliares quarto septimoque die apparentes nullum vitæ minantur periculum. Si vero vomitus post aliquot dies non cesset & perduret, malum est; indicat enim inflammationem vel in cerebro vel in ventriculo. Lethalis etiam fluxus alvi ex colliquatione humorum oriundis.

Calor

Calor nimius & mitis uterque malus, pejor si simul inæqualis, petechiæ latæ nigræ ab initio conspicuæ lethales; serius apparentes vix exitiales, si sub largissimo sudore calido rubicundiores fiant, malum vero, si contra. Vibices *a)* plerumque lethales:

Subita & ingens virium prostratio cum fatuitate & balbutie conjuncta necat, item deliria in principio morbi nata, crebra animi deliquia, sopores, sternutationes frequentes, motus tremuli manuum, pedum & linguæ, subfultus tendinum, dolor in gutture sine inflammatione, lingua nigra, tussis, respiratio laboriosa, dolor in visceribus quibuscunque præsertim obtusus & gravativus, singultus.

E 3

Hæ-

a) Fœmina tamen; in cujus corpore fuere bubones carbunculi & vibices convaluit in epidemia Coronensi. 1718.

Hæmorrhagia narium & Hæmorrhoides initio corpora quædam plethorica levasse, interdum observatum est. Post tertium quartum diem vero valde periculosa, præsertim parca stillicidia narium. Item defectiones alvi cruentæ, hæmoptisis, vomitus cruentus, mictus cruentus, fluxus menstruus. Gravidæ abortum patiuntur sive omnes & moriuntur hæmorrhagiis a),

Urinæ sanorum similes sæpe lethales, etiamsi nulla alia symptomata gravia compareant, turbidæ malæ quidem, at non tam periculosæ. Pingues, oleosæ, nigræ, lividæ hypostasim nigram vel lividam habentes plerumque pariter exitiales haberi debent.

§. 6.

Curâ prophylactica.

Regno cuidam imminere pestem, suspiciendum est, si in vicinis regionibus


a) *Mertens L. C. p. 144.*

bus eadem regnet. In quo periculo nostræ regiones, quia vicinæ semper versantur propter continuum cum eis commercium vel interdum bellum. Periculum eo magis pertimescendum erit, si annonæ penuria, aer calidus, ac humidus sit, & graves febres putridæ epidemicæ in eodem regno decurrant. Averteudæ itaque pestis a nos propagatio- nis causa ex benignissima Principum nostrorum providentia ob endemium in terris Turcicis morbum continuæ adorna- natæ sunt in finibus nostris excubiæ se- cundum lineas, mercium & hominum exploratio, eorumque reservatio in ædi- bus commodis per aliquot tempus, quod *Cel. Rosenstein* ad 15-20 dies restringi vult, experientiam enim provocat, quod non ultra septem dies delituisset vene- num pestilentielle in corpore humano a).

E 4

Mer-

a) *Kœleserus* non ultra tres dies idem in cor- pore delitescere afferit




Merces aeri exponuntur, & ita dein quantum licet purificatæ (nam ex toto impossibile est, uti etiam *Chenot* docet) infectæ & non infectæ ad nos & alias regiones transferuntur. Nihilominus per vias occultas Walachi pestem in nostras terras ex regionibus Turcicis sæpe attulisse constat, cujus jam supra in præfatione mentionem feci.

Intrasse ipsam pestem in regiones nostras cogitandum est, si in aliquo loco inter easdem ædes multi, subito morbo corripiantur, plures pereant, & quidem plerique ante finem diei quarti, alii quoque, qui ægros adierint, afficiantur; præsertim si bubones & carbunculi prorumpant. Cognitis his distinctis pestis characteribus, si quis tamen adhuc de pestis præsentia dubitare vellet, suadent auctores, ut malefici apud infectos domicilio per aliquod tempus includantur, eorumque vestibibus involvantur, contagium non diu manebit occultum in ipsis.

De existentia pestis certis nunc factis ut sistatur ulterior propagatio, omnis opera navanda est. Hinc sanis ditioribus suadeatur fuga in alias regiones, pagos, bona; ea enim optima prophylaxis. Inter reliquos in eadem loco mansuros omne commercium cum loco infecto, seu urbs, seu pagus fuerit, praesertim cum domiciliis infectis tollatur; non minus etiam cum suspectis evitetur; hinc.

I. Infecti & suspecti transportentur in nosomia, non vero ampla, sed ex singulis contabernaculis exstructa a). Suspecti utantur diaphoreticis, fero lactis vinoso & balneis, & si per septem dies
fani

a) Bene perpendendum vero etiam est nosocomia ab altera parte multum damni parere. Timor enim nosocomii, absentia ab amicis, crudelis tractatio, aer putridus nosocomiorum, cura manca plurimos necare ibi debent, qui domi sanari potuissent.



fani manferint, induant vestes mundatas, & abeant ex nosocomio. Reconvalescentes a peste itidem aceto ablundi, novisque vestibus vestiendi, antequam inter sanos exeant. Infectorum res infectæ purificentur aere libero, igne, suffitu, sulphure, & lotione cum aqua & aceto; domicilia eorum itidem. Non manibus vero apprehendere res infectas suadet servis *Cel. Mertens* sed forcipibus, quia alias ipsi facile ita infici possent.

2. Mundities publica & privata cum renovatione aeris in domibus recommendetur, terrores panici suprimantur, cadavera absque rumore nocte sepeliantur, & annonæ penuriæ præcaveatur; separationes enim locorum pestilentialium manente penuria plus pestem augent, quam minuunt, ipsæ enim impedito commercio paupertatem augent, & ex ea graves morbi putridi succedunt.

3. Cæterum omnes conventus publici tollantur, & unusquisque se includat.

dat domiciliis suis. Ergo immediatum contactum inter sanos & ægros evitet omnis homo.

4. Medici, clerici, iique qui ægros adire debent, eos ne adeant ante jentaculum, nec sudantes. Suadet priori scopo Cel. *Rosenstein* panem biscoctum aceto vini intinctum vel panem butyro obductum ruta commixto. Nec inutile mihi videtur consilium nonnullorum autorum, quo recommendant super vestes pallium ex tela piccata factum aceto sæpius abluendum, similesque chirothecas & ocreas. Præterea indusia sapone lavari non debent, sed aceti vapore madefieri, & vestes sulphuris fumo in aere libero subinde imbuere. Sanus mansit chirurgus in epidemia Coronensi anni 1718, qui masticavit radicem zedoariæ & fumavit vestes sæpe sulphure. Denique commercium cum ægris quantum licet, evitent medici, hinc si conveniendus æger est, non nimis prope ad illum accedat, nec faciem illi admoveat,
reti-

retinendus vero est spiritus, si comminus eum investigare opus est, & mox postea acetum olfaciendum vel panis vel spongia aceto madefacta ante os servandus. Salivam ne deglutiant & domi reversi ne ingerant quid, antequam os pauxillo aceti colluerint.

5. *An* remedium prophylacticum adversus pestis contagium in rerum natura existat a longo jam tempore quaesitum est. Post multas factas observationes jam aperte patet nos eo adhuc carere. Et quaeso quomodo invenies specificum adversus pestem cuique conveniens, cum status corporis adeo diversus in omnibus sit, ut idem remedium omnibus applicatum plane non conveniat, imo nocere debeat. Patet hinc quam nociva ab omni ævo laudata alexipharmaca quam plurimis hominibus fuerint. Unicus cortex peruvianus acetum & succus citri mihi remedia esse videntur, a quibus in plurimis hominibus plurimum expectari poterit. Mecum consentiunt de eo optimi medici: præter alios *Russel*
ex-

extracti vel infusi aquosi forma cortium peruvianum utilem sentit, & nuper eum suadet Cel. *Cullen* a) cum camphora. Cum enim pestis symptomata humorum putredinem & nervorum perturbationem ut plurimum involvant, huic corporis statui ipsum obviam ire, morbumque leviolem facere, seu corpus aliquomodo munire ad non vel minus suscipiendum contagium poterit.

Optimum cæterum prophylacticum est fiducia animique constantia, res domi non angusta, vita sobria, mundities, victus temperans acidulus, modicus vini usus, corpus sanum, etsi impurum, ejus emendatio pro singulari suo statu vitioso quantum licet, masticatoria, & fumus tabaci.

§. 14.


a) *Russel L. C. Cullen* Anfangsgründe der praktischen Arzneywissenschaft. t. 2. p. 25.

Cura Pestis radicalis.

Ex iis, quæ in paragrapho præcedenti dicta sunt jam facile patebit, quid de medicina specifica præsentē ipsa peste, quæ miasma in corpus humanum receptum vi quadam peculiari iners reddere vel destruere valeat, vere sentiendum, & an vere quædam talis laudanda fuerit? ingenue fateri debeo, me nescire ullam, nec empiricam nec methodicam. Indocti analogon specificum ut cortex peruvianus in febribus est, invenire non potuerunt, & docti non valere ex principiis medicis eruere medicamentum, quod corruptionem Humorū incipientem tam cito avertere & natam emendare valeret, uti miasma pestilentielle eandem corpori humano inducit. Nescio an in eo lateat causa lethalitatis tantæ pestis, quod hucusque medici pestiferis assistentes nimis timidi & nimis parci in medicamentorum dosibus fuere, vel quia in materia medica hodi-

hodierna nullum adhuc medicamentum satis actuosum contra hostem adeo præcipitem cognitum est. Contra variolas nullum exstat adhuc specificum, cum tamen morbus minus periculosus & miasma variolosum minus subtile sit pestilentiali, quæ pauca spes refulget ergo pro specifico antipestilentiali?

Deficiente itaque specifico secundum analogiam statum corporis, & symptomata uti in variolis aggredi pestem debemus; attendendo ad molimina naturæ, ut ea non turbemus, sed succuremus, ut quanto citius expellatur contagium ex corpore, quod fit in peste vel plenaria expulsionem per sudores, vel depositionem per bubones & carbunculos, simulque sudore, id efficiens, si vires nimis intensæ erunt (quod verò raro fit) eas solvendo, si vero debilitatæ ex dissolutione sanguinis putrida, vel ex statu laxo aquoso eas erigendo roborantibus antiseptis nervinis (quæ quidem indicatio frequentissima), si bilis turgens corpus turbet, eam ejiciendo. De singulis his



pestis speciebus earumque cura fufius quædam dicam; adeoque.

I. *De cura pestis inflammatoriæ.*

Multum inter optimos autores disputatum est, an in peste secari possit & debeat vena? Occurrunt exempla non pauca salubriter initio missi sanguinis. Vicissim autem non desunt multa infelicia exempla. Hinc accurate determinandum erit, in quo casu tuto suscipi venæsectio possit. Hoc jam aperte patet pestilentix solæ causa venam non esse mittendam, sed tantum præsentem plethora, ne nimius Humorū motus miasmatis excretionem abscessuum maturationem impediat. Quare in plethorico Corpore, ubi febris major est malignitate, initio morbi, ante tumorum eruptionem, & præsertim si diæta æstuosa præcesserit, æger ætatis vegetæ sit, ubi pulsus plenus, tensus, fortis, dolor acutus capitis, si æger ab initio statim in soporem incidat, deliret, respirationem difficilem pleuriticæ vel peripneumonici aliquid habeat,


habeat, metusque adfit futuræ pleuritis, sanguinem omnino mittere vel saltem scarificare licebit a). In genere sub iisdem conditionibus sanguis mitti potest in peste, uti in altero stadio febrium putridarum regulæ traduntur.

Absente plethora & in progressu morbi imprimis post quamlibet materiæ malignæ eruptionem æque perniciofa est venæsectio, ac alvi evacuatio b).

Ingens post venæ sectionem remedium est emeticum ex ipecacuanha in initio morbi exhibitum, si æger facile vomat, vires habeat, vel, ut sæpe fit, si inter prandium cænamque pestilentiae prodromos sentiat, adlatumque forte a quodam halans contagium cum cibo vel salvia deglutiverit, vomitibus se
pro-

a) Sydenh. L. C. pag. 75. Chenot. pag. 129.
Mertens pag. 137.

b) Mackenzie L. C.



prodens a). Annotavit Cl. *Albrich* memorabiles casus ex epidemia Coronensi anni 1718, in quibus post emetica statim propinata, & postea data levia sudorifera morbus initio supprimebatur & plenaria curatio succedebat. Emetico hærens in ventriculo contagium eliminare & transpirationem promovere, atque residui quantitatem aliquam ejicere possumus, adeoque si non penitus sufflaminant pestem incipientem emetica, eam tamen minuunt, levantque. Inde *Diemerbroeck* annotavit eos, qui initio vomuissent sponte, mitius tulisse morbum, & quosdam bubonibus & carbunculis caruisse. Autor epistolæ apud *Cel. Ferro* Constantinopoli emetico quoque initio morbi exhibito subito morbo finem factum esse refert.

Re-

a) *Mead.* de peste, *Schreiber.* L. C. *Mertens* pag. 136. *Ferro* L. C. pag. 77.

Reliqua materiæ contagiosæ pars in sanguine existens quanto citius expelli studeatur sudore leni in lecto, non tincturis & essentiis bezoardicis, verum iis, quæ diluunt & materiam sudori aptam præstant; & simul ob conjunctum acidum corporis putredinem inhibent. Talia sunt: decoctum Hordei, florum sambuci, scabiosæ cum aceto & melle, succo citri: cremore tartari, roob sambuci, nitro, antimonio diaphoretico, camphora, fero lactis.

2. *Medela pestis biliosæ.*

Præcipua in hac remedia sunt evacuantia & diaphoretica, interdum dein antiseptica roborantia.

Evacuantium classem absolvunt emetica purgantia & clysmata. Conveniunt emetica initio morbi, seu die prima data tam, ut supra dixi, ad venenum pestilentiae ex ventriculo ejiciendum, quam ad materiam biliosam turgentem eliminandam. Si vero nec ple-

nitudo ventriculi nec suspicio deglutiti contagii seu cum cibo, seu cum saliva in clauso præsertim conclavi, ubi æger alius pestiferus decumbit, imo inflammatio ventriculi, vel alius visceris adsit, nec non in progressu morbi prudenter abstinebis ab emetico.

Ab alvum ducentibus etiam remediis serio dissuadent Autores optimi, atque a lenissimus lethales diarrhæas cum animi deliquiis se observasse memorant, interim ubi plenitudo ventriculi, diuturna alvi obstructio, murmurationes ventris, meteorismus, dolores in lumbis saburraque intestinorum adest, clysmatum usui locum adesse quis prudens Medicus negabit?

Evacuata primarum viarum saburra de promovenda transpiratione remediis in paragrapho præcedenti laudatis cogitandum est, sique dein vires frangantur, vel fractæ jam sint, eæ sunt erigendæ nervinis roborantibus, sine mora præscriptis simul.


3. *Curatio pestis putrida.*

Cum in pestilentiis putridis adsit dissolutio sanguinis putrida, viriumque languor, ergo removenda sunt omnia debilitantia, ut venæsectiones, purgantia, & præter emetica solummodo ordinanda talia, quæ putredini resistunt, debilitatem tolunt, & roberante excitante, calefaciente & stimulante vi gaudent. Talia sunt cortex peruvianus *a*). Camphora, spiritus vitrioli, succus citri, acetum, flores arnicæ, rad. arnicæ, valerianæ, alumen, terra japonica, folia rutæ, scordii, cortices aurantium; radix serpentariæ virginianæ, Angelicæ, contrajervæ, Myrrha, flores chamomillæ, acetum rutæ, florum Calendulæ, rosarum, camphoratum, bezoardicum mynsichti, prophylacticum, vinum & vesicantia.

F 3

Pro

a) Mackenzie L. C. Mertens pag. 130. *Chenot.* L. C. aliqui jam bono cum successu eodem in peste usi sunt.



Pro præcipuis morbi symptomatibus tollendis vel leniendis præcipua rursus adhibenda sunt remedia. Ita si æger deliret cum pulsu forti & oculis rubicundis, scarifica Nucham vel applica capiti Hirudines, & pedibus sinapismos, præscribendo simul acida, corticem peruvianum & camphoram cum Nitro. Si vero cum pulsu debili deliret & facie pallida, applica vesicantia & interne da corticem peruvianum. Moschum, vinum, camphoram. Eadem remedia oppones comati.

Egredie conveniunt contra syncope[m] situs horizontalis, vinum & roborantia, nec non ad nares acetum vel spirituosa.

Contra subsultus tendinum, tremores, convulsiones Moschus, camphora, spiritus C. C., vesicantia, contra vermes valerianæ sylv. radix.

Vomitus ex faburra primarum viarum curatur Ipecacuanha: ea absente, si nulla viscerum inflammatio adsit, theriaca cum aceto & camphora.

Anxietates levabis, si ex faburra primarum viarum emetico, si ab ataxia, stimulantibus, si ex animi pathematibus paregoricis, si ex plethora venæsectione.

Ardor stomachi si ex bile oriundus poscit emeticum, si ex inflammatione antiphlogistica, si a veneno pestilentiali, cardiaca nervina.

Hæmorrhagiæ sunt sistendæ alumine, terra japonica, vino rubro, cortice peruviano, spiritu vitrioli.

Sudores excessivi poscunt regimen temperatum, corticem peruv. spirit. vitrioli, alumen, salviã, vinum rubrum.

Diarrhææ si moderatæ levantes sibi relinquendæ; si colliquativæ sistendæ spirit. vitrioli, rad. arnicæ, cascarilla, cort. peruv. simaruba, terra japonica, elect. diafcoördii. Gangræna in aliqua parte oriens curatur methodo chirurgica, & scabies reconyalescentes vel etiam restitutos a peste infestans, alvum laxantibus remediis.

4 *Methodus medendæ pestis nervosæ,*

In periculosa hac pestis specie attentio potissimum ad nervorum perturbationem est dirigenda: præscribenda remedia quæ vi nervina sedante gaudent, ut moschus, camphora, rad. valerianæ sylv. mixtura simplex, liquor C. C. suc. spiritus C. C. cum aceto vel spirit. vitrioli saturatus, elixir vitrioli, vinum, flores chamomillæ, crocus, cortices aurantiorum, herba menthæ, melissæ, tincturæ bezoardicæ, & præprimis tinctura alexipharmaca Huxhami, nec non vesicantia.

Cæterum removeantur omnia, quæ nervis inimica sunt, ut venæsectio, purgantia. Non spernendum vero hic pariter emeticum in casibus supra laudatis.

5. *Cura pestium complicatarum.*

Ex antecedentibus patet nonnunquam harum nominatarum pestis specierum concurrere aliquas in eodem subiecto, pestesque constituere complicatas: complicata in eis pariter medela esse debet, quæ vero facile ex antedictis erui poterit. Pestis itaque.

a) *Inflammatorio - biliosa* curatur emeticis & antisepticis.

b) *Bilioso - putrida* sanatur emeticis & antisepticis.

c) *Inflammatorio - putrida* temperantibus cum antisepticis.

d) *Bilioso - nervosa* emeticis & nervinis.

e) *Nervoso-putrida* antisepticiis & nervinis.

Si pestis complicata fuerit cum alio morbo e. g. febrili, respiciendum est ad febris genium, remediaque ei adaptata præscribenda sunt, uti ex præcedentibus elucebit. Si vero morbus conjunctus non febrilis, tunc ad solam pestem respiciendum, & ea sublata de sanando eo tantum cogitandum erit.

§. 15.

Therapia bubonum & carbunculorum.

Super est, ut addam quædam de bubonum & carbunculorum therapia. Ex iis quæ in præcedentibus de crisi per bubones dixi facile elucebit ejus medela: promotio nempe suppurationis in iisdem. Hic attigitur scopus cataplasmate ex speciebus emollientibus, si multum inflammati fuerint bubones; si vero parum dolorifici & inflammati, metusque adsit retrocessionis, figi & inflammari debent

bent speciebus emollientibus, additis cepis affatis, fermento panis, unguento digestivo, gummi ammoniaco aceto soluto, empl. Diachylo composito, unguento basiliconis, vel etiam cantharidibus, non omissis pariter internis sudoriferis nervinis. Bene dein suppurati, si sponte non rumpantur, aperiantur cultro, & sanentur lege artis.

Carbunculorum medela est, ut emolliantur, aperiantur, separentur a reliqua parte sana, & sphacelus præcaveatur. Id optime peragitur cataplasmate ex speciebus emollientibus cum antiseptiis, ut feminibus lini, floribus chamomillæ, mica panis, pulvere cort. peruv. & aceto. Addere iis vero simul poteris fermentum panis, theriacam, cepam, si carbunculus flaccidus, minimeque dolorificus fuerit. Aperto carbunculo applica cort. peruv. myrrham, camphoram, & sana secundum chirurgiæ regulas.

De diæta in peste.

Regimen in peste esse debet idem, ac in febris putridis. In genere recommendanda imprimis sunt acida, animi tranquillitas, vita sobria, levis exercitatio corporis, mundities, aer liber purus, cubiculorum aeris frequens renovatio vapore aceti camphorati, fumo baccarum juniperi, pulveris pyrii, sulphuris. Vitanda e contrario omnia cruda, lardum, caro suilla, anguillæ, caro salita & fumo indurata, allium, cepa, abusus spiritus vini *a)*, frigus, calor, libido, animi commotiones fortiores, terror & ira-

a) Crediderunt nonnulli se spiritu vini tanquam antiseptico fortissimo præmunire posse contra pestis contagium. Verum ea tamen multi mortui sunt observante *Cel. Schreiber*, cum enim sanguinem inflammat spiritus vini, augere in plurimis effectus miasmatis pestilentialis debet.

ira: periculofior enim peftis poft iram ingentem & terrorem exorta.

Debilibus & reconvaletcentibus multum levaminis adfert vinum aqua temperatum.

§. 17.

Monita practica.

1. Stimulantia præfervative fumpta peftem potius accerfunt, quam arcent; Nam in quamplurimis fubjectis præfertim fanguineis & cholericis fanis inflammare fanguinem, & inde alios morbos generare folent.

2. Cum adeo neceffaria crisis in pefte fit levis fudor, omni opera promovendus ille eft. Nocent vero tincturæ & effentia bezoardicæ, falia volatilia, & olea ætherea ab omni ævo in hunc fcopum laudata, quia non cuivis corporis conftitutioni adaptæ funt, & fi quem fervarunt, non fuo auxilio, fed ægri ipfius robo-

robore servarunt. Hinc in epidemia Coronensi anni 1718 aperte fatetur Cel. *Albrich* plures cum, quam sine medicina esse mortuos. Exulenda igitur sunt in peste plurima alexipharmaca, nimio enim sudore totum corpus plus inflammatur, natura turbatur, debilitatur, bubones annotante *Sydenhamo* a) sæpe repelluntur, cum consequente morte. Et multi præsertim calidioris temperamenti juvenes conficiuntur cum phrenitide & petechis b). Nocet etiam opium tam ut remedium prophylacticum, quam curativum, opium enim inflammat & gangrænam promovet c).

3 Cave buboni discutientia applicare, conducunt potius sola emollientia. Emollitus is, si non sponte rumpat, potius

a) *Sydenham* L. C. pag. 70.

b) *Chenot* L. C. pag. 96.

c) *Fralles* de usu opii pag. 156.

tius incisione eum aperiatur, quam corro-
dentibus, quia corrodentia sæpe quid
gangrænosi effecere. Ante perfectam ma-
turationem vero ne aperias ipsum, sæ-
pe enim alias fistulosus redditus est.

4. Anonæ penuriæ quantum licet
præveniendum est tempore pestis, nam
ex concursu morborum ex fame natorum
cum peste non solum morbus periculo-
sior succedit, verum etiam corpora hu-
mana ad suscipiendum miasma pestilen-
tiale proniora facit alimentorum defectus.

5. Quia ex præcedentibus abunde
patet, quod singularis corporis uniuscu-
juscunque individuorum singulorum præ-
sertim inter divites quia etiam divites non
semper habent bonos humores, dispositio,
aerisque crasis ex toto perspecta nobis sem-
per non sit, miasma pestilentielle pariter di-
versis circumstantiis & modis diversum in
inficienda & propaganda peste appareat,
nec non incerti semper maneamus, an non-
nunquam quædam ad nos ex Turcia ad-
latæ merces infectæ aere satis purifica-
tæ,

tæ, vel quia fortiter inclusæ vere contagiosæ existant; semper præcautio quædam ratione hominum vel rerum ex infectis locis ad nos advenientium præprimis temporibus urgentioribus pestilentialibus servanda erit, e contra reformidanda etiam minis longa quarantæna.





COUNTWAY LIBRARY OF MEDICINE

PC

